



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

25. Davinvs ex diuite hæreditate non succurrit Patri, quem nouit adhuc in purgatorio detentum, ideóque peccat mortaliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

que in hunc sensum intelligendus Palao ex Tract. 23. supra allegatus, nisi sibi in Tract. 3. itidem citato contrarietur.

XXV. Dauinus opimam nuper hereditatem à defuncto patre adiit, quã iam ad omnem vitã licentiam fruens vsque aded ingratus existit, vt, licet moraliter certus sit, patrem adhuc in piaculibus flammis detineri, nullis tamen sacris, nullis eleemosynis, nullis alijs pijs operibus succurrere eidem labore. *Queritur. Vtrum peccet mortaliter?*

Videtur non peccare. Ita Ioan. Sancius in *select. D. 4. n. 6.* Tum quia præceptum charitatis & pietatis erga parentes solum obligat, dum ipsi viuunt. Tum quia pater iuste in igne purgatorio detinetur: filius autem, vniuersim loquendo, non tenetur succurrere patri per iustam sententiam damnato.

Resp. Dauinum peccare mortaliter, non liberando patrem à pœnis purgatorij, cum absque grauiore suo incommodo, aut maiore bonorum detrimento possit. Ita Azor. *Tom. 2. Instit. Moral. L. 2. c. 3. quest. 9.* Sayrus *L. 7. Clavis Regiæ. c. 5. in fin.* Dimas *Tr. de purgat. c. 29.* apud Sancium, vbi vniuersim affirmat, fideles ex præcepto charitatis teneri animas fidelium defunctorum orationibus, Missarum Sacrificiis, & aliis operibus iuuare. Pellicionius in *Quinquagena quest. vtrius juris. q. 42.* & alij, quos refert & sequitur Diana *P. 9.*

Tr. 9.

Tr. 9. Resol. 60. Ratio desumitur ex quarto præcepto Decalogi: *Honora Patrem & Matrem tuam*, vi cuius tenetur filius ex communi Doctorum opem ferre parentibus in graui necessitate constitutis: item eos liberare ex carcere, si inibi detineantur. Cur ergo non obligetur iisdem succurrere summâ necessitate pressis, & in flammeo carcere detentis, vbi merè pati, nihil autem facere pro se possunt?

Ad primum in contrarium patet ex dictis, & planè absque fundamento à Sancio astruitur. Ad secundum dicimus, filium teneri succurrere patri etiam iustè damnato, si vllò modo seruare, aut liberare illum possit, cùm ius naturale ad hoc obliget, à quo non eximitur per Iudicis sententiam, vt rectè præter alios tenet Fagundez L. 4. in Decalog. c. 2. n. 4.

XXVI. *Demophilus vir pius vltimo die mensis Iulij S. Ignatio Societatis Iesu Fundatori sacro in tēplo eiusdē Societatis pro lucrandis indulgentijs Confessionem & Communionem peregit: postridie verò ad alias indulgentias S. Mariæ de Portiuncula lucrandas visitavit quidem templum Patrum Franciscanorum, in eoque preces persoluit, confessionem tamen & communionem non repetijt, cum maximè nullius grauioris culpæ sibi conscius esset. Queritur. Vtrum Demophilus absque non a confessione & communionem consecuta lucratus sit indulgentias B.V.M. de Portiuncula?*

Videtur non fuisse eas lucratus. Tum quia